

# Paibacher Diözesanblatt.

Nr. X.

Inhalt: 80. Litterae Sanctitatis Suae ad Cardinalem Marianum Rampolla, Status Secretarium. (Fortsetzung und Schluß.) — 81. Ueber die Errichtung von Kreuzwegen. — 82. Zum Congrua-Gehege. — 83. Wohltätigkeits-Vereine. — 84. Concurs-Verlautbarung. — 85. Chronik der Diözese.

1887.

80.

## Litterae Sanctissimi D. N. LEONIS PP. XIII.

ad Eminentissimum Cardinalem Marianum Rampolla, Status Secretarium.

(Fortsetzung und Schluß.)

Quin imo si animadvertisatur bellum Romanorum Pontificum Principatui illatum Ecclesiae hostes semper actores habuisse, atque ultimis hisce temporibus perduellium coniuratorum sectas, quibus in Dominatu evertendo civili mens fuit, ad ipsam Spiritualem Pontificum potestatem aggrediendam atque oppugnandam viam sibi aperire; hoc idem manifesto confirmat, etiamdum regium Romanorum Pontificum Principatum in divinae Providentiae consiliis esse, tamquam medium ad pacificum Apostolicae ipsorum potestatis exercitium, quum eorundem *avroropias* libertatemque efficienter tueatur.

Quae hic generatim de civili Pontificum Principatu disseruntur eadem speciatim, et quidem posteriori iure praecipuaque ratione, de Urbe Roma valere affirmamus. Ad quid ea fuerit divinitus destinata in universa eius Historia plane ac dilucide perlegitur: quemadmodum enim in arcans divinae Providentiae consiliis omnes humani eventus ad Christum eiusque Ecclesiam ordinati fuerunt, sic Roma vetus eiusque Imperium pro Roma Christiana sunt constituta: nec sine speciali Dei nomine ad illam idololatrae Orbis *Μετρόπολην* b. Petrus Apostolorum Princeps gressus egit, ut eiusdem Pastor evaderet eique supremi Apostolatus auctoritatem in perpetuum transmitteret.

Ita Romanae Civitatis sortes, sacrâ quadam ratione atque indissolubili, Iesu Christi Vicarius suis

ipse sortibus colligatas esse persensit: quum vero, melioribus advenientibus temporibus, Constantinus, cognomento Magnus, ad transferendam in Orientem Romani Imperii Sedem convertit animum, sine ulla erroris formidine credi potest, illum divinae Providentiae manu quodammodo ductum fuisse, quo melius divina consilia super Romam Pontificum, quid ea iamiam esset futura, completerentur. Exploratum est autem, post illam *Ἐποχὴν*, temporum atque adiunctorum gratia, omnino sponte, sine cuiuspiam iniuria, atque obnitente nemine, modis denique per quam legitimis Romanos Pontifices eius Urbis dominium, etiam civile, nactos esse, atque ad haec usque tempora ut tales, obtinuisse.

Hic vero haud operae pretium existimamus maxima beneficia, et praeclara decora, quae Romani Pontifices huic sibi prae ceteris adeo dilectae Civitati compararunt, quaeque ceteroqui indelebilibus characteribus in historicis omnium saeculorum monumentis scripta prostant, recensere. Supervacuum item est innuere, Urbem hanc Pontificalis Dominatus alte impressa vestigia in quaqua sui parte referre, quibus eadem ostenditur ad Romanos Pontifices tot talibusque nominibus pertinere, quot qualiaque in quamlibet sui Regni Urbem Principum unquam habuit nemo.

Magni tamen interest animadvertere, Pontificiae, in Apostolici Ministerii exercitio, *avroropias*

et libertatis rationem, maiorem vim, ac prorsus sui propriam acquirere, cum ad Urbem Romam, nativam summorum Pontificum Sedem, Ecclesiasticae vitae centrum, Caput Orbis catholici, eadem refertur.

Hic ubi Romanus Pontifex ut plurimum moratur, regit, docet, praecipit, ut ii qui sunt ubique gentium Fideles plena fiducia et securitate obsequium, Fidem atque obedientiam, quas Eidem officii religione debent, exhibere possint; hic potissimum necesse est, ut in ea *avrorouas* conditione ille ponatur, in qua Eius a quoquam vel minimum haud paeepediatur libertas, sed omnibus Ipsum liberum omnino esse evidenter pateat; idque fiat non per eam conditionem quae transit, et in omni eventu mutatur, sed natura sua utique stabilem ac perpetuam. Hic, plus quam alibi, debet esse possibilis, ac sine ullo obstaculorum forte obiiciendorum metu, plena catholicae vitae explicatio, cultus solemnitas, reverentia et publica ecclesiasticarum legum observantia, atque omnium piorum Operum, quae catholice instituta sunt, tranquilla et legalis existentia ac vita.

Ex quibus omnibus facile est deducere, quod nam Romanis Pontificibus officium imponatur, regium videlicet Principatum eiusque iura adserendi, quamque id ipsis sacrum sit; officium sacratus effectum iurisiurandi religione. Stultum igitur esset ab illis exigere, ut ipsimet eo sese una cum regio Principatu expoliari sponte consentiant, quod hinc maxime carum et pretiosum habent; ea videlicet in Ecclesia gubernanda libertate, ob quam Romani Pontifices adeo strenue ac paeclare, quoties opus fuit, dimicarunt.

Equidem Nos, Deo opitulante, officio nostro non deficiemus; et praeter veram absolutamque Nostri restitutionem in pristinum Principatum, qualis ab potestate Nostra, nulli hominum obnoxia, ac Sedis Apostolicae dignitate exigitur, alium conventionibus ineundis pacique firmandae aditum patere videmus nullum.

Ipsi in toto terrarum Orbe Catholici universi, de sui Capitis libertate summopere solliciti, non adquiescent, donec iustis Illius questibus ac protestationibus, uti par est, plene atque integre haud videant satisfieri.

Probe novimus, quosdam civili prudentia praeditos viros, rei evidentia adactos agnoscisse, praesentem rerum conditionem eiusmodi non esse, quae Romano Pontificatui conveniat; aliaque consilia, variosque modos, quibus eam meliorem reddant, excogitare: sed vani isti sunt 'atque inutiles coenatus; itemque vana atque inutilia erunt omnia id genus molimina, quae sub paeclarata, eaque multiplici honoris specie, Pontificem in obnoxia prorsus conditione reapse relinquunt. Defectus est in ipsa rerum natura, prout in praesenti constitutae sunt; nullumque externum temperamentum, quod adhibeat, nullaque ratio illum removere valebunt.

Contra difficile non est possibles eventus praevidere, quibus R. Pontificis conditio peior evadat; sive nimirum ob paeivalentia rebellium conamina, eorumque hominum, qui animi sui in Christi Vicarium proposita nequaquam dissimulant; sive etiam ob bellorum vicissitudines, multiplicesque rerum implicationes, quae in illius detrimentum contingere possint.

Hactenus unicum, quo ad tuendam Romanorum Pontificum libertatem divina Providentia usus est, medium, regius eorum Principatus profecto fuit: quando autem hoc medium defecit, iidem Pontifices vel exagitati, vel captivi, vel exsules semper fuerunt; aut certe in obnoxia conditione constituti, aut demum in continentia periculo sive in unam, sive in alteram earum calamitatum per vim prolabendi.

Id universa Ecclesiae historia testatur.

Speratur equidem, tempore confiditur; quasi vero si illud protrahatur, Nobis tandem acceptanda sit ista rerum conditio. — Sed propriae causa libertatis, cum Romanorum Pontificum, tum etiam omnium Fidelium Catholicorum, primo loco et quantum ipsa Ecclesiae vita, interest. Ex quo fit, ut certus quisque esse possit, ipsos eamdem libertatem, et quidem modo perquam firmissimo, securam tutamque semper expedituros. Qui aliter sentiunt, hi aut ignorant, aut se ignorare simulant, quae sit Ecclesiae natura, quae quantaque eius sive religiosa, sive moralis, sive socialis vis ac potentia, quam quidem nec temporum iniuria, nec effraenis hominum impotentia frangere unquam poterunt.

Si huius rei rationis hi secum ipsi perquirerent, civilique prudentia reapse excellerent, prefecto non praesens tantummodo tempus spectarent, nec falsa spe in incerto futuri temporis eventu se duci sinerent; sed Romano Pontifici, quod hic optimo iure expostulat, iidem ipsi sponte tribuentes, rerum conditionem removerent incertis plenam ac periculis; atque ita saluti publicae, et quod magis eisdem cordi est, Italiae prosperitati gloriaeque consulerent. — At vero sperandum non est fore ut haec nostra vox ab Viris illis exaudiatur, qui una cum odio in Ecclesiam et Pontificatum adoleverunt; isti plane ut Religionem aversantur, ita etiam verum soli natalis bonum respuunt. Sed qui obsoletis pravisque opinionibus nequaquam imbuti neque irreligioso spiritu affecti, historiae documenta, atque Italicas traditiones iure merito magni faciunt, neque demum Ecclesiae amorem ab amore Patriae seiungunt, hi debent nobiscum agnoscere, in concordia cum sacro Principatu, Italianam suae prosperitatis atque amplitudinis omnium maxime foecundum principium unice habere.

Cuius quidem ipsa praesens Italiae conditio cuique fidem facit. Iam extra omnis dubitationis aleam positum est, idque ipsimet Itali rerum publicarum periti viri confitentur, cum S. Sede discordiam nequaquam Italiae prodesse sed officere, plerasque sive internas, sive externas nec eas quidem leves molestias difficultatesque eidem comparando. — Cuiusmodi sunt interius: Catholicorum moeror, dum Eius, qui Vicarius Iesu Christi est, iura nihil habita spretaque conspiciunt; conscientiarum turbatio; impietatis morumque pravitatis accessio, quae sunt elementa bono publico magnopere perniciosa. Exterius vero Catholicorum offendit, qui una cum Pontificis libertate commoda ac iura, quae Christianae Societatis maxime intersunt, in discrimen vocari vident: difficultates et pericula, quae in rerum ordine etiam politico possunt exinde in Italianam devenire, quaeque ut a Patria nostra Deus avertat toto corde percupimus. — Cesset per eos, qui possunt et debent, iste conflictus, loco Pontifici, qui eidem convenit, restituto; atque omnes illae difficultates et incommoda extemplo cessabunt. Immo hoc facto Italia magnopere proficeret

in iis omnibus, quae cuiuslibet populi veram gloriam felicitatemque constituant; aut quae civilis humanique cultus merito sibi nomen adsciscunt. Quemadmodum enim illi, ex Dei Providentia, sorte obtigit, ut sit maxime omnium Romano Pontificatus vicina Natio; ita, si quidem hunc non oppugnet, neve ei contradicat, Eius beneficis influxibus copiosius excipiendis est destinata.

Oggeri solet: ad civilem Pontificis Principatum restituendum magnis commodis atque utilitatibus iam obtentis opus esse abdicare; res civiles, eosque recentes, progressus nihil facere; et ad medium usque aevum denuo regredi. Sed istae rationes eiusmodi non sunt, ut quidquam valeant.

Cui enim bono, quod verum sit atque legitimum, sese Pontificis regius Principatus opponeret? Certum et exploratum est, Civitates Regionesque civili Pontificum Principatui olim subditas, ab exterarum gentium dominio subeundo saepius servatas idcirco fuisse; atque indeolem moresque pure Italicos semper continuisse. Nec vero hodieque aliter contingere posset; nam Pontificatus, quamvis ob eam, quam divinitus accepit, Missionem universalem atque perpetuam ad omnes gentes pertineat; tamen S. Sedis causa, hic divina Providentia constitutae, is est speciali ratione decus Italicum. Et si vero hoc modo civilis Status unitas deficeret, quin in considerationes, quae intimam rei essentiam attingant, proferendas deveniamus, tantumque Nos ipsos in eodem solo, quod adversarii obtinent, statuentes, percontamur: an ista civilis unitatis conditio bonum adeo absolutum Nationibus constituere dicenda sit, ut sine illa nec prosperitas, nec amplitudo ipsis esse possit; aut ita excellens, ut cuivis alii bono sit praferenda. Respondet pro nobis factum ipsum: Nationes videlicet florentissimae, potentes, gloriosae; quin tamen hanc civilis unitatis, quae hic adeo expetitur, formam vel unquam habuerint, vel in praesenti habeant. Itemque respondet ipsa ratio naturalis, quae plane perspicit, in conflictu iustitiae bonum, utpote praecipuum felicitatis et stabilitatis in quolibet Principatu fundamentum, praevaleat oportere; praesertim cum illud omnium praestantissimo Religionis atque universae Ecclesiae bono, ut hic evenit, colligatur. Quo coram haesitandum

minime est. Nam si Dei providentia, praecipui erga Italiam divini amoris actu, contigit, ut in eius sinu magnifica atque praeclara Pontificatus institutio consisteret, quo omnis certe natio magno se dignatam honore sentiret, iustum officiosumque est, ab Italibus omnes difficultates parvi pendi, ut illum penes se in ea conditione, quae eidem convenit, studiose adservent.

Idque eo magis, quod, non exclusis in praxi aliis utilibus atque opportunis temperamentis, et praetermissis aliis utique pretiosis commodis, Italia ex vitae concordia cum Pontificatu, religiosam unitatem, cuiusvis alius fundamentum, maximorumque bonorum etiam socialium fontem, potenter conflatam cerneret.

Pontificii Dominatus hostes ad humanum civilemque Cultum atque Progressum appellantem confugunt. — Sed quo melius ab initio ipsi nos invicem intelligamus, id solum quod ad intellectum moresque perficiendos conduceit, aut saltem huic se perfectioni non opponit, potest verum hominis moralem progressum constituere: atqui id genus publicae (quam vocant) Civilitatis fons foecundior quam Ecclesiae, non extat; cui hominem ad veritatem rectamque vitam semper promovendi demandata provincia fuit. Quodcumque aliud progressus genus extra hosce terminos positum, aliud quam regressus reapse non est, nec non nisi hominis ipsius dignitatem detrahere potest, atque illum in barbariem propellere: nimirum huius Progressus neque Ecclesia, neque Pontifices, sive ut Christi Vicarii, sive ut civiles Principes, possent aut vellent, quod in maximum Societatis humanae bonum cedit, se auctores factoresve exhibere.

Quidquid vere sive scientiae, sive artes, sive demum humana industria novum repererint, aut deinceps reperire poterunt ad vitae utilitatem commoditatemque provehendam: quidquid honestum commercium, aut cum publicam Regnorum, tum etiam privatam civium opulentiam augendam iuvat: quidquid non morum licentia, sed vera atque homine digna libertas est; id totum Ecclesia pergratum habet, atque illud in civili Pontificum Principatu sese explicare largissime potest. Ipsi etiam Pontifices, si quando fuerint in sui Principatus posses-

sionem restituti, omnibus illum amplioribus civilis perfectionis accessionibus, quarum capax est, angere non omitterent; ac temporum ratione habitâ, quod illa et praesens Societatis conditio exigunt, id iisdem adiudicantes concederent.

Eadem paterna sollicitudo qua Romani Pontifices erga sibi servientes populos semper affecti fuerunt, ipsis suggereret suaderetque, publica solvendorum vectigalium onera mitiora etiam in praesenti reddere; pia Charitatis opera, et beneficentiae publica Instituta ampliori qua possint animi generositate promovere; Coetuum indigentium atque operariorum, eorum sortibus in meliorem conditionem adductis, speciale curam suscipere; uno verbo, suum Principatum ita moderari, ut pae omnibus aliis civilibus institutis, ad subditorum prosperitatem procurandam foret aptissime comparatus.

Contra vero Romanorum Pontificum civilem Dominationem accusatio frustra produceretur, eam medii Aevi foetum esse: haberet enim, ut iam dictum est, eas rerum mutationes oportunas atque utiles, quae novis hisce temporibus imponuntur. Quamvis autem, quod pertinet ad rei essentiam, idem nunc ea foret, quod medio Aevo erat, Dominatio videlicet ad libertatem atque *àvroroqìas* Romanorum Pontificum in supremae eorum auctoritatis exercitio tundam ordinata, quid inde inferri potest? Praestantissimus aequa ac gravissimus finis, cui illa servit; multa, quae ad Catholici Orbis tranquillitatem, et Principatum quietem confirmandam, emolumenta proveniunt; mitis ac suavis, qua Dominatio ipsa exerceri solet, ratio et modus validus, quem semper dedit, cuiuslibet generis scientiis civilibusque institutionibus, impulsus . . . , eiusmodi elementa sunt, quae omnibus aequa temporibus gentibusque, sive illa sint tranquilla, sive procellosa, et istae sive sint humanis civilibusque moribus exultae, sive barbarae, procul dubio convenientia. Stultum igitur esset, velle ipsam civilem Pontificum Dominationem, quod Aevi medii saeculis floruerit, amandare.

Quae ceteroquin saecula, etsi ut reliquae *εποχαι*, vitia moresque haudquaquam laude dignos habuerint: plerisque tamen sive religiosis, sive civilibus ornamenti, iisque adeo praeclaris, ut ea nolle agnoscere summa iniuria esset, emicuere. Atque eadem

prae ceteris nationibus aestimare deberet Italia, quae illo ipso Aevo in scientiis, literis, artibus, in re militari et maritima, in commerciis, civilibusque demum institutis, eam amplitudinem ac nominis celebritatem assequuta fuit, quae vel destrui vel obscurari nunquam poterit.

Percuperemus equidem, Eme. Cardinalis, ut hi mentis nostrae conceptus, e tam gravibus cogitationibus exorti, quique earum rerum omnium rationem habent, quae et Ecclesiae et societatis humanae iure merito intersunt, in omnium mentes magis ac magis pervaderent; et quotquot non modo veri Catholici sunt, sed quotquot Italianam sincero amore prosequuntur, haec animi nostri consilia penitus mente perciperent, eaque obsecundarent.

Ceterum promovenda hac Italiae cum Romano Pontificatu conciliatione, et conditionibus, quae fun-

damenti loco imponuntur, exhibitis, Officio Nostro coram Deo et hominibus, quaecumque demum eventa sequantur, Nos satisfecisse sentimus.

Quod quidem ad te pertinet, Eme. Cardinalis, certi sumus, in propositis Nostris, quae hac in Epistola pandidimus, exsequendis, quantum poteris et sapienter et efficaciter adlaboraturum.

Utque opus et labor tuus in Ecclesiae utilitatem et S. Sedis honorem cedat, tibi coeleste lumen atque auxilia opportuna a Deo precamur; quorum pignus, et simul etiam praecipui amoris in te nostri testimonium sit Apostolica Benedictio, quam tibi ex corde impertimur.

Datae in Aedibus Vaticanis XVI. Kal. Iulias anno a Christo nato MDCCCLXXXVII.

LEO PAPA XIII.

## 81.

### Ueber die Errichtung von Kreuzwegen.

(Aus dem Bamberger Pastoralblatte.)

Bekanntlich besuchten und verehrten viele Christen jene Orte in Jerusalem, welche durch das Leiden und den Tod des Herrn besonders geheiligt sind. Mit diesen Wallfahrten verbanden die Päpste besondere Ablässe. Die PP. Franziskaner, seit 1342 die Wächter des heiligen Grabes, bildeten in den Provinzen ihres Ordens die Leidensstationen in Jerusalem nach, und so verbreitete sich die fromme Uebung des Kreuzweges in Kürzem über die ganze katholische Welt. Auch diesen nachgebildeten Stationswegen verliehen die Päpste dieselben Ablässe, welche den Wallfahrern nach Jerusalem verliehen worden waren. Diese Ablässe können auch den Verstorbenen zugewendet werden. Es wird nun manchem erwünscht sein, die auf den Kreuzweg und die Gewinnung der Ablässe bezüglichen Bestimmungen kurz zusammengefaßt zu haben. Wir legen dabei ein Buch zu grunde, das über diesen Gegenstand der Secretär des Generals der Franziskaner P. Sleutjes 1884 in der Druckerei zu Quarachi herausgegeben hat \*). Daßselbe ist unter der

Autorität des Ordensgenerals erschienen und trägt an der Spitze die Approbation der Abläßcongregation.

#### I. Conditiones quoad erectorem s. viae crucis.

1. Die auctoritas ordinaria haben vom heiligen Stuhl die Obern des Franziskanerordens. Jeder andere Priester bedarf dazu eines indultum speciale entweder vom heiligen Stuhl oder vom Franziskanergeneral.

2. Den Bischöfen, apostolischen Vikaren und Präfектen der auswärtigen Missionen wird oft die Vollmacht gegeben, andere zur Errichtung von Kreuzwegen zu delegiren. Eiusdem autem subdelegatio scripto est concedenda sub poena nullitatis.

3. Ein Priester, der die facultas erhalten hat, Kreuzwege zu errichten, muß genau auf die beigefügten Bestimmungen sehen. Gewöhnlich wird die facultas beschränkt „ad ecclesiasticas seu publicas vel privatas orationes.“ Mit solcher Vollmacht könnte also der Priester nicht giltsig einen Kreuzweg extra ecclesiasticas seu orationes, z. B. in coemeteriis vel in claustris, errichten.

4. Necesse est, ut facultas viam crucis erigendi a s. Sede vel a Ministro Generali obtenta, exhibeatur Ordinario; et haec obligatio est distincta ab obligatione obtinendi licentiam Ordinarii pro erigenda via crucis.

\*) Instructio de Stationibus s. viae crucis erigendis visitandisque, cui accedit appendix de Crucifixis viae crucis vulgo nuncupatis. In lucem edita auctoritate Rmi. P. Bernardini a Portu Rotativo, totius ordinis fratrum minorum ministri generalis etc. Claras Aquas, ex typ. Collegii S. Bonaventurae. 1884. 8°. 112 S.

Nur die Mitglieder des Franziskanerordens sind davon ausgenommen.

## II. De locis, ubi Stationes erigi possunt.

1. Der Kreuzweg kann an jedem Orte errichtet werden, wosfern derselbe vere decens et irreverentis minime obnoxius ist.

2. Hinc erigi non possunt Stationes in cubiculis, dormitorii, vel locis alteri cuiquam usui domestico aut profano destinatis.

3. An demselben Orte, namentlich in Conventen und Klöstern, können auch mehrere Kreuzwege errichtet werden.

## III. Conditiones requisitae ad legitimam Stationum erectionem.

### A. Ante erectionem.

1. Licentia Episcopi und zwar für jeden einzelnen Fall. Ausgenommen sind ecclesiae et loca Ordinis s. Francisci iurisdictioni P. Ministri Generalis iure ordinario subiecta.

2. Consensus Parochi vel Superioris ecclesiae aut loci, ubi Stationes erigendae sunt. Ausgenommen sind die Hospitäler, Kirchen, Kapellen, Ordenshäuser, für welche vom Bischofe ein besonderer Geistlicher angestellt ist — die also, wenn auch nicht de iure exempt von der Jurisdiction des Pfarrers, so doch de facto administrirt werden independenter a parocho per sacerdotem nominatum ab Episcopo.

3. Die licentia Episcopi, der consensus Parochi aut Superioris localis, sowie auch die deputatio erigentis sacerdotis muss schriftlich geschehen sein und nicht blos mündlich, sub poena nullitatis. Doch brauchen diese documenta nicht explicata in scriptis zu sein; es genügt, daß sie implieite darin enthalten sind. Wer vom Bischofe in scriptis die Facultät bekommen hat, an einem bestimmten Ort den Kreuzweg zu errichten, braucht nicht noch ein anderes Document, worin die licentia Episcopi ausgedrückt ist; sie ist in jener Facultät enthalten. Ebenso wenn der Parochus schriftlich um die Errichtung des Kreuzweges gebeten hat, so ist eben damit auch sein consensus ausgebracht.

### B. In ipsa erectione.

1. Quoad materiam: Quatuordecim cruces ex ligno exclusa alia materia quamcumque, sub poena nullitatis. Die hölzernen Kreuze müssen sichtbar sein, dürfen aber verziert, bemalt, vergoldet werden. Ex usu saltem universaliter müssen sie ohne Christusbild sein. — Die Stationsbilder sind nicht de essentia; will man aber, wie es gewöhnlich geschieht, Gemälde aufstellen, so müssen dieselben nach einer Antwort der Secretarie der hl. Abläßcongregation vom 18. August 1851 die vierzehn Scenen vorstellen, welche

jedermann bekannt und durch päpstliche Decrete und Ueberlieferung bestimmt sind, und von denen die erste darstellt, wie Jesus Christus zum Tode verurtheilt wird. Diese Stationen sind gerade die des Kreuzweges zu Jerusalem. Man hat im vorigen Jahrhundert andere Stationen und eine neue, von der alten abweichende Ordnung der Stationen oder Gemälde erfunden, die aber nach einer Antwort der Abläß-Congregation vom 16. Februar 1839 zu verwiesen ist. — Es ist zwar allgemeiner Gebrauch, aber nicht wesentlich, die Kreuze oben an den Stationsbildern zu befestigen; sie können sowohl oberhalb als unterhalb der Bilder, wie auch getrennt von denselben an der Wand befestigt werden. (Schneider, S. 274 u. 275.)

2. Quoad formam: Formam s. Viae crucis constitutivam constituunt crucium benedictio et affixio. Die benedictio tabularum ist nicht de necessitate.

3. Die benedictio crucium kann geschehen, sofern es sich um die Giltigkeit handelt, vel ante vel post earum affixionem. Es können also zuerst die Kreuze aufgehängt und dann etwa vom Altare her gesegnet werden. Nicht aber darf die Segnung der Kreuze vorher privatim, z. B. zu Hause, geschehen, sondern der erector muß bei der Segnung der Kreuze dem Orte moraliter präsent sein, wo der Kreuzweg errichtet werden soll.

4. Die affixio kann geschehen vel in actu erectionis ab ipso erectore vel ab alio nomine erectoris praesentis, vel etiam alio tempore ab altero quounque, privatim sine ceremoniis, sive post, sive ante factam benedictionem. Darum genügt es, wenn derjenige, welcher in einem Frauenkloster die Errichtung eines Kreuzweges vornimmt, am Gitter die Kreuze segnet. Die Affixio können die Nonnen selbst vornehmen. (Schneider, S. 274 u. 278.)

5. Zwischen den einzelnen Stationen wird erforderlich aliqualis distantia.

Was die feierliche Benediction angeht, so enthält der Appendix zum Rit. rom. — Edit. alt. stereot. Romae typis S. C. de propag. fide 1872 — folgenden Ritus: Der bevollmächtigte Priester geht im Thorrok und in violetter Stola an den Altar, hält eine Ansprache über den Nutzen, die Vortrefflichkeit der Kreuzwegandacht und die Bedingungen zur Gewinnung der Ablässe, kniet dann an der untersten Stufe des Altares nieder, stimmt den Hymnus „Veni Creator“ an, betet nach Absingung desselben die Versikel mit den Orationen: „Deus, qui corda fidelium“ etc., „Defende quassumus“ etc. und „Actiones nostras“ etc., wie solche im römischen Benedictionale stehen (S. Ausgabe bei Bustet). Hierauf begibt sich der Priester auf die Epistelseite, wo die Stationen aufgestellt sind, benedicit zuerst die Stationsbilder mit dem Formular „Benedictio imaginum“, besprengt sie mit Weihwasser und incensirt dieselben. Dann segnet er die Kreuze mit dem Formular „Benedictio crucis.“ Nach der Segnung macht man (wenn es geschehen kann) eine Prozession um die oder in der

Kirche unter Absingung des Hymnus „Vexilla regis prodeunt“, wobei die 14 Stationen von Kindern oder Bruderschafts-Mitgliedern getragen werden. Zurügefehrt, betet der Priester am Fuße des Altars einen Act der Reue, begibt sich dann, während eine Strophe des „Stabat mater“ oder ein anderes passendes Lied gesungen wird, zur ersten Stationsstelle, führt Kreuz und Bild, läßt die Station aufstellen und verrichtet das erste Stationsgebet. So verfährt er bei jeder Station. Zum Schlusse wird das „Te Deum“ gesungen und der Segen mit einem Kreuze gegeben.

#### C. Post erectionem.

Der Erector muß ein testimonium erectionis aussstellen und darin die deputatio erigentis, die licentia Episcopi und den consensus Parochi aut Superioris loci, das heißt das Datum dieser drei Actenstücke, angeben. Die Aussstellung soll geschehen quam citius. Wo ein Priester von seinem Bischofe schriftlich delegirt ist, an einem bestimmten Orte den Kreuzweg zu errichten, da ist in diesem Document auch eo ipso mit der deputatio die licentia enthalten.

#### IV. Quaedam de via crucis licite erecta.

1. Da die Ablässe an den Kreuzen haften, so können die bildlichen Darstellungen der Stationen einzeln oder alle erneuert oder die Kreuze von alten auf neue Bilder übertragen werden, unbeschadet der Ablässe.

2. Auch von den gesegneten Kreuzen können einzelne, wenn es der geringere Theil ist, durch neue ersetzt werden, unbeschadet der Ablässe. Wenn aber sieben oder mehrere Kreuze erneuert werden, sive simultanee sive etiam successiva, dann sind die Ablässe verloren und ist eine neue erectio und benedictio nötig.

3. Eine remotio temporalis der Stationen von ihrem Platze (z. B. zum Zwecke des Puhens) macht die Ablässe nicht ungültig.

4. Ebenso eine translocatio Stationum in eodem loco ad meliorem dispositionem. Eine translocatio aber a loco primitivo erectionis in locum diversum macht die Ablässe ungültig.

#### V. Conditiones ad lucrandas indulgentias viae crucis.

Es sind deren drei:

1. Meditari, quantumvis breviter, Passionem Domini. Es ist also nicht erforderlich, über jede einzelne Station eine Betrachtung anzustellen. Das Betrachten muß geschehen secundum capacitatem. Wenn also Gläubige, die

nicht betrachten können, einfach an das denken, was die einzelne Station vorstellt, und dabei irgend einen Affekt des Mitleides gegen den leidenden Erlöser erwecken, so genügt das.

2. Motus localis de una statione ad alteram. Das ist immer nötig beim Privatheten des Kreuzwegs. Es ist auch nötig beim öffentlichen, gemeinsamen Beten, wo es ohne Störung geschehen kann. Wo das aber Störung machen würde, wie z. B. in der Kirche, „observetur methodus a. P. Leonardo a Portu mauritio proposita, ut videlicet, unoquoque de populo suum locum tenente, sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus circumeat, ac sistens in qualibet statione ibique recitans peculiares consuetas preces, ceteris alternatim respondentibus.“ In hoc casu saltem suadendum videtur, ut populus vertat se ad singulas stationes, neenon ad easdem genuflectat ac erigat se cum sacerdote.

3. Quatuordecim stationes visitari debent uno tractu. Jedoch macht nur eine notabilis interruptio die Ablässe ungültig. Durch Handlungen aber, wodurch die Andacht des Kreuzweges non notabiliter et moraliter unterbrochen wird, puta ad audiendum Sacrum, ad sumendum Eucharistiam, ad Confessionem faciendam etc., werden die Ablässe nicht verwirkt.

Beicht und Communion sind nicht vorgeschrieben, sondern es genügt, daß man im Stande der Gnade sei, und wird diesbezüglich die Erweckung der vollkommenen Reue empfohlen.

Über die mehrmalige Gewinnung der Kreuzwegablässe an demselben Tage hat die Ablaufcongregation erklärt 10. September 1883: „Ex documentis non constat, indulgentias pro pio exercitio Viae crucis concessas toties lucrari quoties praefatum pium exercitium iteratur.“ Die Entscheidung ist also wohl nach bereits feststehenden Grundsätzen zu treffen. Hiernach scheint, daß die mit der Kreuzwegandacht verbundenen vollkommenen Ablässe nur einmal des Tags gewonnen werden können. Denn ein allgemein gütiges Decret vom 7. März 1678 sagt: „semel dumtaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud opus pium peragentibus, lucrifieri“; wozu die Raccolta befügt, daß davon sola indulgentia de Portiuncula eine Ausnahme mache. Die unvollkommenen Ablässe scheinen aber so oft gewonnen zu werden, als man den Kreuzweg geht. Denn nach der allgemeinen Regel wird ein mit einem guten Werke verbundener unvollkommener Ablauf so oft gewonnen, als das gute Werk verrichtet wird, wenn es nicht mit ausdrücklichen Worten anders bestimmt ist.

## 82.

**Zum Congrua - Gesche.**

Die hiesige k. k. Landesregierung hat mit Zuschrift vom 9. Dezember 1887, Nr. 12140, anher Nachstehendes mitgetheilt:

Zu Folge Mittheilung der hiesigen k. k. Finanz-direction vom 4. December I. J., §. 12753, hat das hohe k. k. Finanzministerium mit Erlaß vom 24. November 1887, §. 35361, mit Beziehung auf den Erlaß vom 26. März 1886, §. 7913 B. B. pag. 44, betreffend die Stempelbefreiung der Eingaben zur Vorlage der Einbekenntnisse in Sachen

der Congrua-Ergänzung, derselben eröffnet, daß diese Befreiung sich auf alle Eingaben, welche zur Herbeischaffung der Grundlagen für die Entscheidung der I. Instanz eingebraucht werden, bezieht, und sich somit auch auf die Eingaben in Nachtragsverhandlungen in I. Instanz, welche wegen Aenderungen im Pfändeneinkommen stattfinden, erstreckt."

Hievon wird der hochw. Curatclerus zur Benehmungswissenschaft hiemit in die Kenntniß gesetzt.

## 83.

**Mäjigkeits - Vereine.**

In nachstehenden Pfarren sind neuerdings Mäjigkeits-Vereine in's Leben getreten, welche hiemit als canonisch errichtet erklärt werden, als:

1. in Görje	im Decanate Radmannsdorf;
2. " Commanda St. Peter	" Stein;
3. " Tunjee	" "
4. " Žaljna	" St. Marein;
5. " Postojna	" Adelsberg;
6. " Slavina	" "
7. " Vreme	" "

Alle sieben Pfarrvereine haben zur Gewinnung des vollkommenen Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Quadragesim das Fest des hl. Joseph (19. März) und die ersten drei Quatember-Sontage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieser Mäjigkeits-Vereine ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, mit dem Diözesanblatte VIII, S. 87 mitgetheilten Form anzumerken.

## 84.

**Concurs - Verlautbarung.**

Die Pfarre Čermnošnjice, im Decanate Rudolfswerth, wird wiederholt zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an Seine Durchlaucht den hochgeborenen Herrn Karl Wilhelm Fürsten von Auersperg, Herzog von Gottsche &c., zu stylieren.

Die Pfarre Unter-Warmberg, im Decanate Gottschee, ist durch Beförderung in Erledigung gekommen und wird dieselbe ebenfalls zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hochwürdigste fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu richten.

Peremptorischer Kompetenztermin 11. Februar 1888.

## 85.

**Chronik der Diöcese.**

Herr Jakob Ferjančič wurde am 19. December 1887 auf die Pfarre Zavrac canonisch investirt.

Dem Herrn Franz Zbašnik, Pfarrer in Unterwarmberg, wurde die Pfarre Podgrad verliehen.

Herr Gustav Schiffner wurde in Preserje als Pfarrcooperator belassen.

**Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 31. Dezember 1887.**